

Epistola Eneę filius Pocolominei iuuent non esse negandum amorem dicit.



I llustrissimo Principi Sigismundo duci Austrię .  
 domino suo Eneas Siluius . S . P . D . Efflagitasti  
 modeste a me pridie tibi : vt amatoziã alicui ? eplam  
 mitterem . Cuius exemplo suadere posses virgini  
 quam diligis vt amare te sineret . Alius forte tibi hoc rogasset  
 timens ne prolaberis ego annuendũ duxi . Scio nãq; humane  
 vite cõditionem . nã qui nõ amat in adolescẽtia : in senio amat .  
 quo tpe derisus est . 7 vulgi fabula qm̃ etas illa amozi incepta est  
 nosco preterea amozis consuetudinẽ qui in iuvene torpentes  
 virtutes excitat . hũc i armis exercet : illũ in lris . 7 studet quisq;  
 id agere propter qd̃ amice placeat : et qz virtutes nomen bonũ  
 faciũt . virtuti dat operã qui amat . vt ante puelle faciem laudet  
 7 quãq; hoc inceptũ virtutis premiũ sit probabile tñ est quacũq;  
 ratione virtutes adipiscaris adolescẽtes insup non sunt nimis  
 eohibedi ne languidi 7 inertes fiant pmittendusq; his est aliqs  
 lud? indulgendũ est aliquãtis per voluptati eoz vt animũ 7 cor  
 sumant : vt sciant malũ 7 bonũ 7 versucias mudi noscãt : illasq;  
 cum viri facti fuerint euitare sciãt . hac de causa gessi morez vo  
 luntati tue 7 optatam eplam hac conditiõẽ tibi transmittens :  
 vt amans nõ negligas studia litteraz : sed quemadmodũ apea  
 ex floribus mella decarpunt : sic tu ex amozis blanditiis ad vir  
 tutes veneris . Vale ex Bretz die . xiii . Decembris . Anno domi .  
 Millesimoquadringentesimoquadragessimotertio .

Eiusdem Eneę epistola amatozia .

S igismundus Austrię dux . S . P . D . 7 seipsum dat singulari  
 dne suę insigni 7 formosissime virgini Lucretię Regis Da  
 tię filię : volui te sepius alloqui : amozẽq; meũ tibi notũ efficere  
 sed etas mea nimis adhuc verecũda est : que non patit̃ qd̃ intra  
 me sentio foris exire . q̃primuz incipio loqui : mox rubor adest :  
 timor impedit . 7 mediss vox in faucib? heret : nec cogitata pos  
 sum effari : timeo molestiaz tuã : ne me arguat . vereoz astantes :

[Handwritten signature: H. N. S. P. D. 7 seipsum dat singulari]

ne me derideat. hoc resco meipm ne balbuties fiam. hac de re qd  
 statueram dicere. decreui lris committere: qz epistola nd erubescit:  
 non suspirat: non timet quem qb forsitan arduum aliquid et per  
 difficile postulatuz me putas paz est quod volo: at si mihi con  
 cesseris multum existimabo: ego eni modestissima virgo fateor  
 me tui amantem esse captum: tui vultu splendor nec aliud die  
 noctuq cogito: qb te tu mihi semp es in mente. te in corde: te in  
 aao gero: tu meu desiderium es. tu spes mea. tu quies. tu refrigerium.  
 cum te video: quiescit animus me: et se oblecat. at cum abes  
 nec te cernere possum. magnis vigeor stimulis: nec aliud medi  
 tor: nisi vt qprimu te reuisaz hoc multiplici causa factum est: na  
 et forma et honestas in te concurrunt. laudant Helenaz poete. at  
 ego illaz no existimo tibi fuisse similez: nec Polizenam tibi com  
 parauerim aut eam quam dilexit Hercules Dianiram: tu omnes  
 vincis et pulchritudine et morib: quasi altera philomena a calce  
 usq ad verticez nulla est in te menda. crines tui splendor auris  
 superant. frons alta et spaciosa est: supercilia in arcu tense debi  
 tis spacis distinguunt: oculi tui tan qb duo emicant sptera: inde  
 sagittas emittis et vulneras inuenes hinc quos vis occidis: et  
 quos vis viuificas. nasus tuus pueniens partib faciez mirifice  
 honestat. genas candore niueo resperfas modestis rubor inter  
 secat quid labia corallina et cristallinos referant dentes et omnes  
 oris tui partes vnde melliflua manant verba hinc risus ille pro  
 gredit qui me sepe ad intima penetrat. o viz felicem q labia illa  
 mordebit: qui tales osculabit genas: qui mentum tuum et candidi  
 orem scbiticam regulam tuam poterit tangere. nolo pectoris tui et  
 illoz pomoz que ibi latent mentioem efficere. ne referes nimis  
 ardeam tu te scis qb intra et extra formosa es ego mirari magis  
 qb digne commendare te possum: hoc tm dico qz mores tui regio  
 fastigio digni et forma plus qb dici posset honesta ex duce me ser  
 num tibi fecerunt: tuus eni sum nihilq magis cupio qb rem gra  
 tam tibi efficere. nam miro: na et pbebus: vt inquit fabule:  
 licet esset Jouis regis crethe que vetustas pro deo coluit filius  
 admeti tm regis filiam amans pastozes se fecit et gregez pauit: ego

igitur libes sermo tibi: nec aliud a te postulo. nisi vt amare me  
 sinas: et animo equo feras si mihi dicaris amata: hoc e quod volo  
 peto: exigo: nil postulo plus: ser tuus vt amator dicar. nam et  
 amator et seruus ero: tu modo annuas profiteor digna te fore quae ma  
 iores et meliores quam ego sum: ament etiam vix Paris aut Ipolitus  
 dignus amore tuo: tu tamen noli querere formam: nam et pulchri sunt  
 superbi etiam sunt: nec stabiles habent amores: in me erit amor  
 perpetuus: quia natus in adolescentie mee flore cum etate crescens  
 ad senium perducet dummodo tu mihi faueas. et me adiuues: que  
 tamen non debes despiciere: nam et me non negauit deus mediocrem  
 formam. Sunt mihi preterea opes multe que omnes erunt tui si vicem  
 amoris repederis. haec quid dixi nimium erraui non vt ames peto:  
 sed vt amare me sinas: hoc si tua ex gratia impetrauero beatius sum:  
 quid factura sis rescribe. Vale animula mea deliciae mee corcu  
 lum meum.

¶ Epistola Eneae filii poetae laureati: siue Psi  
 pape scoti. de amoris remedio incipit foeliciter.

**E**neas Siluius. T. Spolito mediolani. S. P. D. querebaris  
 mecum nocte preterita: quod amoris operam dares: nec debi  
 litatum ac vinculum amicum soluere posses: dixisti te nec virginem  
 nec nuptam: nec viduam amare: sed mulierem quamuis pulchram  
 meretricem: tamen quibuslibet viris precibus causa sese substernente id  
 tibi molestum esse agebas libenterque amorem hunc velle postergare  
 sed viam modumque nescire quo fieri liber et amore vacuus posses.  
 nam et si plures sacerdotes consulueris: neminem tamen remedia que tibi  
 videntur efficacia protulisse dicebas: rogas igitur me magnisque precibus  
 efflagitasti egritudine tue vt aliquam afferres medelam. ac  
 iter ostendere tibi quo posses ardentem amorem si amas effugere.  
 parebo desiderio tuo salubriaque prebebo tibi remedia si eam amplec  
 ti volueris: nec verebor medici culpam mihi ascribi si tu obediens  
 egroti personam susceperis: quamuis arbitror quos consulisti  
 sacerdotes satis tibi fecisse si precepta tenuisses que illi tibi dede  
 runt: sed tibi visa fuerunt fortasse grauiora. Nam cum dicerent fuge  
 illam: nihil sibi loquaris: nihil de illa audias dum verbum visum est

at febricitans quoq; inuitus audit frigida pocula sibi negari:  
si tñ sanari vult: quod medicus mandat diligenter obseruet. tu  
ergo mi Jpolite si vis amorem euadere: liberq; fieri. propera vt  
que precipuam facias noscito egrotū te esse: maxima q; infirmi-  
tate detentum: et propter sanitatem dura et aspera esse plurima  
subeunda nempe egrotus est mi Jpolite. oīs qui amat ac nedū  
egrotus: sed mente est captus atq; insanus et amens de amore  
inquam illi cito: nam deum colere et amare parentes vxorem et  
liberos virtutis est non vici sanis etisq; non egritudinis at tu  
amorem illicitū sequēs quid tu esse amorem de quo iam loquimur  
credis. veteres putarunt illū ex Venere vulcanog; natū puer  
cecum: allatum sagittas in manibus habentem: quibus viros  
ac mulieres feriens ardores dilectiōis infunderet. Apud Virgi-  
lium legimus: nunc scio quid sit amor duris in coribus illum  
isnatus aut radope aut extremi saramātes: nec generis nostri  
puer: nec sanguinis edunt: sed error hic mortalis populi fuit  
qui veritate attingere nō potuit: Amor vt in tragediis inquit  
Seneca: nihil aliud est nisi vis quedā magna mētis blandusq;  
animi calor qui iuuenta gignit luxu ocio. et inter leta fortune  
bona nutrit. Hic mentem hoīs eripit: iudiciū omne peruertit.  
sensem ebetat. animū extinguit. namq; cū mulierem diligis nō  
in te sed in ea viuīs. quid igit peius est q̄ viuētem nō viuere.  
quā sensum habentem nō sentire: quā oculis predictū nō videre.  
equidem qui amat: in alium mutat virum: nec loquit: nec facit  
que ante solebat. Hinc parmēno apud Terentiū dī boni quicq;  
quid hoc morbi est: adeo hoīs imutas ex amore: vt non cogno-  
scas eundem esse putat comicus morbum esse amorem: nec male  
putat. Nam et apud Macrobiū luxuriā que vel mater amoris  
est vel filia deterrimi morbi partes. Jpocrates dicit. hic morbus  
plerumq; iuuenes aggredit. sed viros quoq; senesq; vexat tan-  
toq; periculosior et risu dignior est quāto persona que capta est  
etate aut scientia censet prestātor. Cū ergo Jpolite captus sis  
amorisq; seruas: scias te morbosū. Sic si morbosus es liberari  
stude. Nam quis morbum patitur qui curare non velit. sane vt

morbus grauior est acerbior: periculosior eo morbo si maior est  
 de sanitate cura tua infirmitas magna est: sic et cure diligentia  
 magna. Cogita mi Ipolite. quo in statu es tu nihil te estimas  
 quicquid tibi eueniat. leue est solum sup amica. anxius es. non  
 parentes. non necessarios. non benefactores magni facis. solus  
 animus in amica est. illa amans. illa pmouens illa somnias.  
 de illa cogitas. de illa loqueris de illa suspiras. nihil agis quin  
 memoriã eius habeas: et stulticiã morbumq; deterrimũ. an nõ  
 est petenda cura quis non sanari hoc morbo velit. ceterum ad  
 salutem tuã. hec sunt necessaria Ipolite. q̄ si feceris sanus eris.  
 si neglexeris sepelieris in morbo tuo. nec te quisq; iuuare pote  
 rit. cogita primũ quã remote a preceptis dei recessisti: qui cum  
 deberes deum ex toto corde diligere. creaturam amasti. et in ea  
 omnem tuã dilectiõez et oblectatiõez posuisti sic enim factus es  
 idolorũ cultor. nam qui creaturã deo p̄ponit idolatra est. nega  
 bis te idolatraz esse quasi nõ p̄ponis creatori creatum. aut si  
 verum fateri vis plus tuã amicã diligis q̄ deũ. Nam que deus  
 mandat negligis postergas contemnis. que vult amica summa  
 cũ diligẽtia curas adimplere. et hoc nempe est preferre mulierez  
 deo. Deũ q̄ magnũ est malũ. q̄ piculosum. q̄ detestabile crea  
 turam sic amare: vt deũ parũficã. deus cũ esses: nihil te aliqd  
 esse fecit. nec te lapidem: nec te ferrũ: nec te gentilez. nec iudeuz  
 sed hoiem xp̄ianum fecit. et posse scire diuina sacramẽta et vias  
 qua intr in celum. ipse quoq; deus cum ob culpas p̄imi parẽtis  
 tu et ceteri hoies paradysum amisistis. nasci pro te voluit fieri  
 homo. capi. cedi. vituperari. crucifigi. mori. ac suo te precioso  
 redimere sanguine. et q̄ magna ingrãtudo est iniquitas. inhu  
 manitas. feritas. hũc qui tanta pro te fecerit: ppter vilez relin  
 quere mulierculã. hoc satis te ceterosq; xp̄ianos monere debet  
 vt omissis amorib; illicitis deo soli seruirez. sed cogita vlteriũ  
 quid agis mi Ipolite. pulchra videt tibi amica tua: nec non ve  
 nusta: itaq; nil supra credis ne tu q̄ ipsa semp pmaneat pulchra  
 res est forma fugax. vt inquit Tragedus. Mulier que hodie  
 formosa est cras difformis erit. quid tu bona perpetua et immuã

stabilis p caduca transitoria mutabilibusq; pmutas sic vt pu  
tas spectabili forma mulier leue hoc bonū est. nihil eniz forma  
mulieris est nisi morib? sit adiuta. castitas est vt habem? apud  
poetas: necnō apud sacra scripturā que pulchra feminā laudat  
non forma tu nō castitatē sequeris sed solū formā amas. forma  
enī hec vti flos agri decidit. rosa mae rubea sero lāguescit. nihil  
formosū est virtute atq; honestate si hec itueris multo formosū  
oz tibi videret q̄ sit tua amica. et enim nec lucifer nec besperus  
tam decor? est q̄ ipsa facies honestatis. quā qui relinqt ppter  
mulierē. existima oz q̄ sit delirus r amens. Ceterz Jpolite vs  
tecū non multis vtar. sed quā amas mulier non solū tua est cū.  
plures eam mulierē habēt. nec ipsa te solū amat sed alios quoq;  
amat. quid tu in turba vis facere cogita te iam esse in vespero.  
iam senem. iam mori proximū. vis ne cū iuuenib? contendere.  
vis cū robustis pugnare. qd tibi in eo prelio queris in quo vic  
tor succūbis magna res est virum senem a iuuenib? extorquere.  
mulierē si tam es potens vt extorqueas quid vicisti cū preliuz  
huiusmodi sit vt vincens succūbat. quid est oz mulier nisi iu  
uentutis expilatrix: viuoz rapina: senum mors: patrimonii de  
uoratrix: honoris perniciēs: pabulū diaboli: ianua mortis: in  
ferni supplementū. Cogita nū Jpolite quot mala per mulieres  
illas euenerunt: cum Salomon. cū Dolefernes. cū Samson per  
mulierē decepti fuerūt: non te credas sic fortem esse. vt nō illu  
daris: sed quāto viris illis debilioz es incautioz impudentioz  
tāto te ab eo loco semone in quo potes decipi nihil est mulieris  
amor qui cū peccato est: nō est in muliere stabilitas: que nūc te  
amat cras aliū amabit: r vna tecū amabit alios. quid tu hunc  
amorē existimes q in plures diuisus est: nulla mulier tam fixe  
aliquē amauit: que veniēte nouo proco nouisq; vel precibus vel  
munerib? nō mutarit amoz: mulier est animal imperfectum  
varium fallax multis morib? passionibusq; subiectum. sine fide  
sine timore. sine cōstantia sine pietate. de his loquoz mulierib?  
que turpes admittunt amoz: num q̄ hec stabiles sunt. nāq; vt  
semel a recto tramite recesserūt. iam se liberas arbitrantur: vt

quocunq; velint vagent: nec amplius vel amici v[el] mariti timo-  
 rem habent. credo equidez illa coeundi feridam voluptate tibi  
 qui iam senio exhaustus es par[er] placere. nani quid nedum tibi  
 antiquo iam 7 arido sed iuueni humecto illa inepta 7 spurcida  
 voluptas cōferre potest quā mox penitudo consequit̃. an nōn  
 magna res est amonitio illa accitatio siue cōminatio quedam  
 que post peccatū cuestigio mentez hominis cruciat q̃ iniquus  
 est homo qui totiens amonitus non quiescit qui punitus non  
 emendat̃ qui cozzect? non efficit̃ melior. quid ille act? carnalis  
 operatur: nisi carnis interitū. v[er]tinaz solam carnez interimeret  
 7 nō occideret aiam at duo cū inuicem coeunt vir atq; femina  
 quasi duo vasa testea tibi vident̃ que inter se cōfricent̃ donec  
 rumpantur 7 ad nichilum redigañ: tu tamen nō in coitu sed  
 in visu sermonemq; forsitan oblectaris. quid obsecro in visu est  
 tam pulchri vt nō inuenias aliqd pulchrius. pulchritudo quas  
 debemus querere in celo est: cui nulla potest res mūdana cōpa-  
 rari in illis omnis perfectio est mundana semp̃ dīminuta sunt  
 illa perpetua: hec caduca: illa fixa hec fluxa hāc quā tu miraris  
 formas paululū. quid febzis eripiet tibi: aut si morbus iste actu  
 abfuerit senectus non deerit. que illam tenerem succi. plenāq;  
 faciem rugosam crispamq; reddat sient̃ illa que nūquā intraris  
 membra de cursu tpe arida nigra squalida. fetore ac spurcicie  
 plena: nō oculi splendorē seruabūr: fetebit os collum curuabit̃  
 corpus vndiq; sicco et arido trunco fiet simile: cogita hec et  
 auerte spem prius fuge quā priueris. multo enim melius est  
 rem contemnere q̃ perdere. Jam vero de sermone suauis: dulcis  
 placito et mellifluo quo te dicis oblectari. admodum miroz  
 quid enim sermo muliebris in se dulce habet? quid dicit tibi  
 amica nempe. aut queritur: aut plozat: aut minatur: aut tibi  
 inanes fabellas refert. dicit quid cum vicina fecerit: quid som-  
 niauerit. quot oua gallina peperit. quibus floribus ferta com-  
 ponuntur. omnis sermo mulieris de re vana leuiq; est. in quo  
 qui oblectatur 7 ipsum leuem oportet esse. narrat tibi nonnūq;  
 set cum alio amatoze: 7 quo pacto iacuerit. quid doni receperit

quam cenam habuerit. quibus voluptatibus fuerit vſa. quibus  
verbis orſa. que res non gaudium tibi. ſed cruciatum afferunt  
ſed accipe que velis gaudia in ſermone amice eris ne tā amens  
rationiſq; inops vt nō magis in alicui⁹ docti viri verbis ſermo  
nibuſq; leteris riſione omnia ſimul que in amore ſunt gaudia.  
ruruſq; tedia multa iſta pauca illas reperies: veramq; illius  
ſententiam dices qui paz mellis in multo felle morſum inquit  
amores eſſe. cū ergo Ipolite totus amor de quo loquimur van⁹  
aſper amarus damnofuſq; ſit. et hominem morbo grauiffimo  
teneat curandū eſt vt ab eo libereris. cura autez ea eſt vt mentē  
tue perſuadeas malum eſſe amorem. poſt hec declines amice  
ſermonem ocium fugies in negotio ſemper ſis vſros bonos qui  
te inſtruant ſequaris. nulli ludo. nulli cōſulo interſis. ſi quid  
largita eſt amica abſte abſicias. nihil penes te quid illi⁹ ſit pu  
ta illum eſſe nunciū diaboli qui te perdere velint ſint in mea  
morſa xp̄i beneficia que tibi impedit cogita quot benefaciētē  
premia in celeftibus ſedib⁹. ⁊ quot malefacienti ſupplicia apud  
Inferos preparata ſunt. cogita dies tuos aſſidue fieri breuiorē  
Inſtareq; ſemper vltimum. cogita quia irriſus eſt qui amat. et  
preſertim vir euo maturus. cogita inſtabilem mulieris animū  
cogita perditionem temporis: quo nihil eſt precioſius. cogita  
diſſipationem bonorum. cogita vitam quam viuimus breuiſſi  
mam in hoc ſeculo quāuis voluptatibus ſit dedita. et in alio  
mundo quem inquirimus nullum eſſe vite finem. hec ſi tecum  
ſedule cogitaueris: perceptaq; iſta tenueris. amorem quo cru  
ciarſ: a te breui tempore relegabis. virumq; alium te preſtabis  
Deo gratum celoq; dignum. Vale hec habui que nunc raptim  
contra amorem dicerem alias vbi ocium fuerit plurib⁹ te amo  
uebo. Iterum vale et quod tibi damno eſt auertere ſtude. Ex  
Vienna ſecundo kalendas Januarii. Anno domini. Milleſi  
moquadringenteſimoquadrageſimotertio.

¶ Amoris remedium finit.

Inc. 1183  
M 463